

per hoc ad omne altum. Díxit primo
Luna Soli, Tu mei indiges, sicut gallus
gallinæ indiget, & ego indigeo opera-
tione tua ô Sol, sine cessatione, cum tu
sis perfectis moribus, pater luminariū,
tu es lumen excelsum, dominus & ma-
gnus. Ego Luna crescens humida &
frigida, & tu Sol calidus & siccus, quan-
do copulati fuerimus æquitate status
in mansione, in qua non sit aliud, nisi
leue habens secum graue, in quo uaca-
bimus, & erimus sicut uacat mulier &
uir eius, & hoc est uerum ex locutio-
ne. Et erimus ô Sol, cum coniuncti fueri-
mus uacaturi in uentro domus clausæ,
recipiām à te animam adulando, & si
abstuleris pulchritudinem meam, &
fiam ex propinquitate tua tenuis, exal-
tabimur exaltatione spirituum, quan-
do ascendimus ordinem seniorum. Lu-
cerna lucis infundetur lucernæ meæ, &
te & me, sicut commixtio uini & aquæ
dulcis, & prohibeo fluxum meum,
postquam induita fuero nigredine tua,
colore qui fit uelut attramentum, post
solutionem tuam, & coagulationem
meam.